

Memores igitur obligationis & repromissionis à nobis in Baptismo factæ, moriamur peccatis magis magisque, vivamus Deo.

Sic moriendo & vivendo æternum victuri sumus apud Deum beatissime.

---

DE COENA  
DOMINI.

DOMINICA XXX.

Ex Quæst. 75. & seqq.

S. COENA COELESTIS IN EC-  
*clesiam ingressorum alimonia est.*

TEXTUS, Ipsa Institutio D. Cœnæ. 1. Cor. II,  
& 10, 16, 17. Johann 6. vers. 53. ad  
57. usque.

*Vers. 53. Dixit eis JESUS, Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem filij hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

*vers. 54. Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego suscitabo ipsum ultimo illo die.*

*vers. 55. Caro enim mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus.*